



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs**

In Qvo Genuina sententia profundißimi Doctoris de Auxilio gratiæ  
medicinalis Christi Salvatoris, & de prædestinatione hominum &  
Angelorum proponitur, ac dilucidè ostenditur

**Jansenius, Cornelius**

**Lovanii, 1640**

23. Radix tertia, quia timor poenae ab amore iustitiae disiunctus, nascitur ex amore sui ipsius, quatenus in creatura ultimo requiescit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13704**

## CAPUT XXXI.

Radix tertia, quia timor pœnæ ab amore justitiae disjunctus, nascitur ex amore sui ipsius, quatenus in creatura ultimum requiescit.

**E**T quamvis per ista jam satis ex Augustino ostendum esse videatur, apimum qui solo timore detinetur, non ita prole peccatum declinare aut detestari, quin coram Deo adhuc in ipsa voluntate sit reus; hoc ipsum tamen ex alio capite declarari potest. Quod ut liquidius intelligatur, memoria repetendum est id quod supra dictum est, & omnis vera Theologia & Philosophia confitetur; rerum ad hominis naturalem incolumentem pertinentium appetitum esse licitum ac bonum. Sic enim ex naturæ prescripto comedere, bibere, vestire, scientias artesque varias addiscere, & adversus omnia irruentia corporis mala sele tueri licet. Quemadmodum igitur ista naturalia hominis bona, absentia expetere & procurare, & de presentibus gaudere licet; ita vice versa, de oppositis malis presentibus tristari ac dolere possimus, eaque absentia formidare. Ex quo principio paulo superius, timorem pœnae licetum esse ac bonum, rationis ductu inhaerendo consecimus. Verumtamen ne quis fallatur, non ita haec omnia intelligi debent, quasi aliquis hoc ipso quod sibi hujusmodi bona expetit, procuratque naturalia, vel mala paret, ab omni peccato liber esse censeatur; sed si cohaec omnia faciat modo, quo recta ac divinitus illustrata ratio docet. Quanquam in istorum objectorum appetitu & fuga, quatenus talium, nulla delitescat ratio mali, sed potius boni; allunde tamen appetitus aut fugientis animus inquinari potest; idque non solum si ista faciat non eo tempore aut loco, aut occasione, aut modo, quibus moralis Theologia vel Philosophia precipit esse facienda; sed in primis & ante omnia, si animus in iis appetendis aut fugiendis amore ac delectatione habeat, per qua transitoria quadam appetitione ad aliud pergere debunlet. Ex hoc igitur capite fluit, ut quamvis licitum sit comedere & bibere, quando fame laboramus, pecuniam acquirere velle, & scientiam operanda, & honorem dignitatemque procurare; illud tamen sit animo in rerum talium quarumcumque appetitione conquiescere, & earum delectationibus velle frui; quemadmodum non solum impijs sed etiam iustis frequenter, in rerum creatarum cupiditatibus accidit. Nam inde omnia etiam justorum peccata fluunt, sive gula, sive luxuria cum coniugibus, sive tenacitatis aut avaricie, sive ambitionis atque vanitatis, sive curiositatis & hujusmodi, quæ rerum talium delectationibus inhaerendo committuntur, per quas ad veri &

A ultimi finis delectationem, cum animi libertate transeundum erat. Tradita sunt ista fuse & ex propriis Augustini principijs alio in loco, quæ superfluum esset hic repetere. Hoc si de appetitu talium rerum naturalium recte intelligitur, jam facile sublucabit, quid de fuga malorum seu timore frouendum sit. Nam & ille secundum se licitus est & bonus, quemadmodum in praecedentibus latè declaratum est: non tamen si quilibet exseritur modo. Timor enim malorum conformis est amori bonorum, ex quo essentialiter nascitur, sicut & quilibet aliis affectus animi qui ex amore velut causa sua fluit. Ex quo fit, ut si amor boni, quoquo modo vivetur, timor oppositi mali continuo inde labem similem contrahat, tanquam qui in amore veluti fonte suo vivit. Si quis igitur bona temporalia vel scipium, cui illa libi placendo appetit, diligere copert, non tanquam utens, sed tanquam fruens, hoc est, animo in illis bonis, vel in scipio inhaerendo, non transeundo ad Deum, in quo solo delectando se, deberet conquietere; non est tantum si timor inde nascenti mali parenti suo simili; hoc est, virtus oritur. Timebit enim vel temporalia, vel ejusmodi eterna mala, non quatenus impediunt, ne animus libere in Deum transeat, sed quatenus ea sibi tantum incommoda sunt & in ista consideratione requiecerit, nihil ulterius de illo faciendo, propter quem ea formidare debuisset. Quod sane non tam timoris quam timentis est vitium qui in scipio sibi placendo sequitum stat, ex quo pergendum erat in Deum. Nam ut optimè sanctus Augustinus tradit, non solum rebus omnibus temporalibus, & corporis nostræ & animi bonis, sed etiam ipsa dispensatione Christi lib. 1. de. 3. cap. 1. 3. RIA QVADAM DILECTIONE ATQUE DELE-

CTATIONE, SED TRANSITORIA POTIVS, TANQVAM VITÆ, tanquam vehiculorum, vel aliorum querundam instrumentorum, aut siquid congruentius dici posset, UT R A QVIBVS RE- RIMVR, PROPTER ILLUD AD QVOD FE- RIMVR, DILIGAMVS. Quod breviter alio in loco & generaliter dicit, ita nos proximum & nos ipsos diligere debere ut TOTA DILE- CTIO PROXIMI ET NOSTRI REFE- RATVR IN DEVUM. Quod si se diligens in scipio manet, iam vitium est, quod eternæ ac divinitus latè legis proscriptione reprobatur. Vnde Augustinus: Si autem se propter lib. 1. cap. 3. se diligit, non se refert ad Deum, sed ad seipsum conversus, non ad incommutabile aliiquid convertitur, & propter-

¶ propterea iam cum defectu aliquo se fratur. Qui defectus eiusmodi sit, proprio eum appellans nomine nonnunquam tradit, ut quando dicitur de cui quedam Sermone de tempore: Non quaque dilectione fortis mittendas est timor, sed recta dilectione, quia tota diligimus Deum, & propterea proximum, ut sic & ipse diligit deum. SE AVTEM IN SE DILIGERE, ET SIBI PLACERE NON EST IUSTITIA CHARITAS, SED SUPERBIA VANITA. Quae latius alibi deducta & explicata sunt. Quapropter quisquis cum isto defectu diligit te, sibi volendo ut bene sit per quodcumque bonum, cum simili prorsus defectu timebit sibi, nolendo ut male sit per quodcumque malum. Nam ut recte

lib. 19. luctus Augustinus: In eo quod amas tu in bona tibi sit, & in eo quod times, non vis in male tibi sit.

Quæ ex eadem omnino radice nascuntur.

Nam & esse sine malo est quoddam bonum,

& malum non est aliud quam privatum boni:

ex quo efficitur, ut quantum diligimus bonum, tantum privare bono timeamus. Juxta illud Augustini: Quantum amat peccatum, tan-

rum times ne perdas peccatum.

Quibus ita constitutis, iam facile apparet, animum qui solo peccato timore, nullo Dei aut justitiae amore peccatum vitat, non hoc ita vitare posse ut omni ex parte caverat. Nam praterquam quod eo modo voluntate reus est, quo supra ex Augustino diximus, quatenus invitus est, malleusque facere nisi pena terret, ex alia quoque consideratione labem contrahit, quatenus penas timendo in suis ipsius amore requiescit, cuius malum ita formidare, sicut bonum appetere debuit, ut in utroque tam amoris quam timoris affectu se ipsum referret in Deum; qui sicut optimum actionum creature rationalis, ita & orationis voluntatis motuum & affectuum est, quies & finis. Quod qui non in omnibus actibus suis & affectibus facit, sine dubitatione delinquit.

Nam ut generalissime & clarissime, & consi-

dentissime Augustinus tradit: Quia non boni

fit ab homine, & non propter hoc fit, propter quod fieri debet vera sapientia præcipit hoc est, ut pre-

miseras, verum Deum, etiò officio videatur bonum,

IPSO NON RECTO FINE PECCATUM EST.

Hoc autem nemo sive amando sive timendo

facit, nisi jam aliquo Dei amore, saltem illo imperfetto, qui etiam in peccatoribus esse posst, animus moveatur. Quod sane nullo pa-

cto sit in eo qui non nisi penas timendo, peccatum aut cavit aut dolet. Nihil enim spectat ille alius, nisi ut ipse ille quem unice diligit & amplectitur corpore & animo sine molestia sit, & utriusque imperturbata pace perfruatur.

Timor enim ille malorum peccatum sive pre-

sentium sive futurorum, in puro sui ipsius amore velut cardine suo vertitur, non prout huiusmodi amor sui referitur in Deum, quod

neque sit neque fieri potest nisi amore Dei, à

quo timor ille disunctus esse ponitur, sed pro-

ut per eum animus in se ipso requiescat, nihil

de Dei aut justitiae amore satagendo. Vnde

Augustinus: Timor peccarum propterea pangit

A animam ne amittatur aliquid, quod in creaturam dili-  
gitur, vel ipsa salus & resques corporales, aut tale  
aliquid post mortem. Propterea enim timetur, &  
apud inferos pena & dolores, ac tormenta gehennae-  
rum. In isti vero requie, salute, & pace corporali,  
non debet illud pacis annus rationalis  
perihanc, sed per ipsum transire debet in  
Deum. Nam quemadmodum in hac vita tem-  
poralium malorum fuga & meruſe cō dirigen-  
dus est, ne per ipsa nostrum iter, quo in Deum  
tendimus impeditatur, dum peccatum dolor  
functiones animæ divina meditantis, ac dili-  
gece & exercere & agere satagentis premat &  
intercipiat; ita futurorum malorum timor cō  
referendus est, ne per corporis mortalitatem  
& concupiscentiarum tumultuantum pertur-  
bationes, multoque magis per incessabilem  
dolores tormentorum, Dei dilectione & fructu  
& laus impediatur, quatenus illa somma cor-  
poris & animi pace quiet, & imperturbati in  
aeternum inhaeremus Deo. Quod profundissime  
significavit Augustinus, quando in libro  
de Civitate Dei finem expediti properat qui  
hujus vita mala fugere debeamus: Ad huc, in Lib. 19. de  
quit, velle debet, nec dolore molestia nec desiderio  
perturbari, nec morte dissoberi, ut aliquid ante cognos-  
cas, & secundum eam cognitionem, viam horumque  
componat. Quo tacite indicat proprium finem  
cur in futura vita velle debemus, nec dolore  
corporis molestiarum, nec desideriis animi per-  
turbari, nec amplius utriusque separari ne,  
hoc est, morte dissoberi, que omnia in immortalitate  
immortalitate continentur, non esse alia in  
nil ut Deum sumnum bonum non habere, sine  
conceptis entia tunc tenebris contemplum, sine  
molestiarum perturbatione ne perire scaturat. Unde  
ibidem: Ac per hoc omnia pacem vel corporis vel  
animi, vel simili corporis & anima refert ad illam  
pacem, qua bonum mortali est cum Deo immortali.  
Quod non minus, mox multo magis compara-  
tione future immortalitatis, quam presentis  
mortaliatis verum est, & locum habet. Sed  
ab hismodi consideratione quæ creatura ratio-  
nali in appendicis bonorum commode sus-  
tigentisque peccatum violentiis, ex aeternæ &  
naturalis legis ordinatione praescripta est, lon-  
go adhuc remoti sunt, qui nulla justitia dilec-  
tionis, sed solo gehennarum timore, a pecca-  
tis committendis carent, & de committi do-  
lent. In solas icas corporis molestias animus  
eorum defixus heret, quibus carentis nulla  
justitia cura tactus, sed iuri prius, tanquam  
sui ipsius amore ebrios occupatur. Non enim  
tales alii amant Deum, ex cuius amore vel  
bonorum temporalium appetitu, vel malo-  
rum timor possit fluere. Ut enim Augustinus:  
Si adhuc propter peccatum times Deum, nonnum amas Tract. 9. in  
quem si times. Nam ille timor ne in ignem eter-  
num mittaris cum diabolo, non est castus; non enim  
venit ex amore Dei. Unde nihil mirum est, si talis  
ex aeternæ legis violatione, qua ex se ipso  
in Deum surgere & transire, sive diligendo,  
sive formidando præcipitur, nonnulla peccati  
fœditate maculatur.

Hæc igitur vera causa est, cur idem Augus.

B b 4

alio

*Serm. 18. de  
verb. Apoll.  
c. 7.*

*Serm. 15. de  
verb. Apoll.  
c. 7.*

*Philipp. 3.*

*Serm. 15. de  
verb. Apoll.  
c. 7.*

*lib. de grat.  
Christ. c. 48.  
lib. 2. de pe.  
marit. c. 13.*

*lib. 1. ad  
Bonif. c. 9.*

alio in loco timoris istius defectum exprimitur. *mens: Connides, ait, aliter esse non caperis, quia times ardere in igne sempiterno;* *NON DVM LAVANDVS ES: non quidem ita dolendus, ut ante, sed tamen NON DVM LAVANDVS.* Quid enim magnum est timere panam? Quam interrogationem alibi id ipsum tractans perficit: *Quid magnum est panam timere?* *Quis enim non timet?* *Quis latro, quis sceleratus, quis nefarus?* Nam & latro temet malum & ubi non potest, paenarum timore, non facit & tamen latro est. Et sanctus

<sup>lib. 3. de  
contempl.</sup>

A Prosper Augustini in hac doctrina discipulus individuus: *Aliter quis timet, ne malum quoque patinatur, incurrit, aliter ne bonum (id est pulchrum vel Deum) quo delectatur amittat.* Non igitur *omni timor HABERI DEBET IN VITIO, SED ILLE TANTUM, DE QVO SCRIPTVM EST;* *QVIA TIMOR POCNAM HABET.* Quod vitium ut ostendimus, non ex ipsa natura timoris, sed ex timentis inordinatione proficitur.

## CAPUT XXXII.

Justitia ex timore poenae, est justitia ex lege & nostra, quam Apostolus arbitratus est detrimentum ac fiscora.

**E**X ipsis igitur tribus principijs uteum- que patet cuiusmodi sit animus & voluntas eorum qui poenam timent, & ex isto timore iustitiam legis facere, & iniurias suas dolere & abjecere meditantur. Patet etiam cuiusmodi esse possit ista iustitia, quam non amore iustitiae sed timidine poenae legem implentes, vel potius non implentes, operantur. Nempe iustitia sua, hoc est, propria, non Dei, iustitia ex lege, non ex gratia: quia iustitia ex legis terribili mandato profecta, non ex legislatoris largientis beneficio; quemadmodum supra ex Augustino declaravimus. Nam iustitia ex lege, & propria sua est, quae sit de timore poenae, non de amore iustitiae. Quantu vero pretij talis iustitia apud Deum hibetur, & apud homines haberi debeat, Apostolus docet, qui timore poenae conversatus in lege, sine querela, talem iustitiam suam qua ex lege est, arbitratus est detrimentum ac fiscora, pro ut sepius Augustinus annotat. Nempe ideo, B quia talis iustitia non est vera iustitia coram Deo, sed exterorum operis tantum, quae similitudinem iustitiae praeservant, cum ex affectu iniquitatis & prevaricatore legis oriantur, quo mali facere quod eum formido poena perpetrare non sinit. Quod perpicuis sane verbis de Apostolo Paulo sanctus Augustinus tradit: *Nec moveat, inquit, quod ad Philippenses scriptis, secundum iustitiam qua in lege est, quod fuerit sine querela, POTUIT ENIM ESSE INTVS IN AFFECTIONIBVS PRAVIS VRAVARICATOR LEGIS, ET TAMEN CONSPI-*

CVA OPERA LEGIS IMPLENRE, VEL TIMORE HOMINVM, VEL IPSIVS DEI; SED POENAE FORMIDINE, NON DILECTIONE ET DELECTATIONE IUSTITIAE. Quia, ut ibidem statim adiicit, sic profecto in ipsius intentus voluntate peccat, qui non voluntate sed timore non peccat. Et continuo evanescunt illa peccata, quibus poenam formidando intus in voluntate peccaverit, inter ea ponit stultitiam, incredulitatem, errores, servitutem desideriorum & volupsum, malitiam, invidiam, odium proximi & similia: *Talis, ait, Paulus fuit, quando secundum iustitiam qua in lege est, sine querela fuisse se dicit.* Concinit sancto Augustino ad amissum sanctus Fulgentius, Magistro discipulus. Nam libro de Incarnatione & gratia docet, iustitiam ex lege, secundum quam Paulus conversatus fuit sine querela, tum ex Deo non habuisse. Quod cum ex Apostoli loco ad Philippenses probavisset, ubi dicit, *arbitror omnia ut fiscora ut Christum lucifaciens & inventar in illo non habens meam iustitiam, quae ex lege est, sed illam quae est ex fide Christi,* tandem adiicit: *Quia non bis verbis Apostolicis rideat iustitiam qua ex lege est, esse ex homine de inventa: iustitiam vero qua ex fide Christi est, non est nisi ex gratia.* *ex Deo?* Illi est igitur iustitia per quam impius erigitur, ut cadat in panam; *ista autem est, per quam iustificatus humiliatur, ut exaltetur ad gloriam.* Ideo cum in illa qua ex lege est, sine querela conversaretur Apostolus, fuisse se impium non negat.

## CAPUT